

1061.

1292 d. 15 Febr.

Telge.

Biskopen YSARS i Strengnäs bref om St. Botvids reliquier och 40 dagars aflåt för botfärdiga, som med vördnad nalkas dem.

A. 3. o. 1. 18.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras visuris vel audituris. YSARUS dei gracia Episcopus strengnensis Salutem in domino sempiternam. Sanctorum martirum digne & deuote a christi fidelibus est memoria recolenda qui pro vnitae fidei catholice per effusionem sanguinis inter cetus angelicos gloria & honore meruerunt a domino coronari. Hinc est quod venerabilis pater dominus Laurencius dei gracia Episcopus lincopensis a nobis reliquias beati Botwidi martiris cum magnis instanciis sibi & ecclesie sue tribuj postulauit. Nos uero petitionibus ipsius humiliter obtemperare volentes memorato domino partem de dictis reliquiis contulimus vt obtentu dictarum reliquiarum factus deij martir amplioribus valeat laudibus venerari. Vnde vestram deuocionem in domino habere volumus exoritam. Quatenus sepe dictas reliquias habere velitis in debita reuerencia & honore. Nos igitur de omnipotentis dei misericordia & apostolorum eius Petri & Pauli auctoritate confisi omnibus vere penitentibus & confessis qui ad dictas reliquias causa deuocionis accesserint quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis sub ratihabicione memorati venerabilis patris misericorditer relaxamus, Datum Tælgis anno domini M°.CC°. nonagesimo secundo, die beati sigfridi confessoris.

Sigillet skadadt.

1062.

1292 d. 27 Febr.

Gudhem.

Biskopen BRYNOLFS i Skara intyg att Fru Catharina Mattsdotter, vid ingående i Gudhems kloster, dit gifvit och genom sköte öfverlemnad gårdarna Gingrim, Soleryd och Hand.

A. 3. å. 2. 9. *)

Vniuersis christi fidelibus presens scriptum cernentibus .B. diuina misericordie skarensis episcopus salutem in domino sempiternam, Tenore presentis constare volumus vniuersis quod in presencia nostra constituta nobilis mulier domina katerina mathei quondam filia, relicto seculo religioni se tradens, curias suas gingrini soloryder & hand, cum coloniis, molendinis, agris, pratis, siluis, & piscariis ac ceteris pertinenciis suis infra sepes &

*) Finnes äfven i en af Kon. Birger d. 5 Febr. 1306 bekräftad afskrift; A. 3. å. 1. 16.

extra claustro gudhem in quo habitum sanctimonialium assumpsit rite contulit iure perpetuo possidendas possessionem, proprietatem, dominium & omne ius quod sibi uel heredibus suis in dictis curiis & qualibet predictarum compeciit uel competere posset, in dictum claustum scotacione legitima secundum consuetudinem terre pure, simpliciter, & irreuocabiliter transferendo presentibus testibus infra scriptis, Ne igitur super donacione & scotacione predictis, aliqua possit in posterum dubietas suboriri, sigillum nostrum vna cum sigillis nobilium dominorum laurencii bobergh Thyrneri botildir sun, tholuois cannumulæ presentibus est appensum, testes autem qui donacioni & scotacioni supratactis interfuerunt sunt isti Dominus laurencius bobergh, thyrnerus botilder sun, tholuo cannumuli memorati, & religiosi viri Dominus arnbernus abbas de warnhem, frater olauus prior predicatorum skaris, frater aluerus lector fratrum minorum skaris, dominus benedictus canonicus skarensis per dictam dominam katerinam ad hoc vocati specialiter & rogati Datum gudhem anno domini M^oCC^oXC^o secundo quarto kal. marcii.

Sigillen N:o 1, 3 skadade. N:o 2, 4, 5 bortfallne.

1063.

1292 d. 3 Mars.

Abboten i Nydala INGEMARS, m. fl. intyg om Gjurd Peterssons utbyte af Fallandafors till Thorsten Wigolfsson emot Wigolfstorp, tillika med Svenshult, Wetebergshult, och lösören i melangift, samt att detta byte vid 30 marks vite icke fick ändras.

A. 6. 2. 3.

Uniuersis presentes inspecturis frater INGIMARUS abbas nouewallis haquinus canonicus lincopensis ormolfus rector ecclesie de malbæc & culstanus presbiter de linogum salutem in domino sempiternam Tenore presentium declaramus quod in precencia nostra constituti Thorstanus wigholfi sun & gyurdo petri sun inter se cambium fecerunt prediorum in hunc modum uidelicet dictus gyurdo predia sua fallandafors vna cum molendino suo ibidem & omnibus attinenciis, prope uel remotis, & breuiter quicquid possedit ibidem iure dominij in dictum thorstanum transtulit ita quod nichil penitus excipiebat jdem uero thorstanus curiam suam wigholfstorp cum omnibus attinenciis gyurdoni dimisit hoc excepto quod ex parte aquilonari ipsum predium situm inter curiam & quendam riwlum decurrentem iuxta quendam pontem lapideum vbi primo siccum humido occurrit, & exinde ad quendam pinum in parte suprema decisam uersus orientem eidem curie attineat, & ibi terminetur dominium & proprietas illius, preterea omnia mobilia huius curie ipse thorstanus eidem gyudoni addidit hec que
secun-